



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator  
communiter resurgit ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

An Deus gratiam verae paenitentiae cuilibet peccatori semper offerat in vita, & saepè neget in extremis? Item an cum hoc benè consistat, quod si eam aliquando negaret in vita, hortaretur ad ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

2. ad Thess. tam veritatis non reperiunt, ut salvi fierent,  
c. 2. v. 10. ideo mittet illis Deus operationem erroris ut cre-  
dant mendacio & judicentur omnes, qui non cre-  
diderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

## CAPUT III.

An Deus gratiam veræ pœnitentiæ cuilibet pec-  
catori semper offerat in vita, & sàpè neget  
in extremis?

Item an cum hoc bene consistat, quod si eam ali-  
quando negaret in vita, hortaretur ad im-  
possibile?

**Q**UAMVIS Appendix author, ut  
vidimus, fidei esse velit, omni-  
bus peccatoribus gratiam veræ  
pœnitentiæ offerri à Deo: Unam tamen  
num. 241. profert exceptionem, dum  
eam maximo peccatorum numero usque  
ad vitæ terminum in peccatis suis perdu-  
rantium, in extremis confitetur denega-  
ri. Hanc exceptionem non abnuo: Nam  
Ser. 38. ex revera, si bene memini, ait D. Bernardus,  
parvis siue in toto canone Scripturarum, unum latronem  
Ser. 75. de invenies sic salvatum. Non tamen cuiquam  
diversis. salutis spes adimenda est, nam uti ibidem  
subjungit: *Spiritus non modo, ubi vult, sed*  
*quando vult, spirat, nec ei difficile est de subito*  
*perfectam dare contritionem cordis, quam vix*  
*multo*

multo tempore alii consequuntur. Ne tamen hinc quidam malè præsumant, salubriter addit: Sed unde scis quod tibi ita tunc subvenire velit, quem tu interim sic repellis? Benignus quidem est spiritus sapientiae, sed non liberabit maledicum à labiis suis.

## §. I.

Non solis iis qui ad vitæ terminum appropinquant, denegatur gratia ab Authore Appendiſis asserta.

**V**erum non hæc sola facienda est exceptio, quasi cæteris omnibus ita adsit, ut dumtaxat sit illi consentiendum: nam adhuc sospites erant plerique eorum, de quibus superius est actum, sic etiam nondum animam agebant, quos dimisit Deus *Ps. 80. v.* secundum desideria cordis eorum *ituros in adiunctionibus suis*. Hujusmodi plures produci possent qui relinquentes Deum ab ipso quoque relicti sunt. Pro his quidem sicut & pro reliquis omnibus, apud Deum intercedit Ecclesia, neque id inaniter fieri ipse rerum monstrat eventus; quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum Filii charitatis suæ. Tamen